

The Electronic *Manipulus florum*
www.manipulusflorum.com

Dilectio c
cum fonte primo

Dilectio sola discernit inter filios Dei et filios dyaboli.
Signent se omnes signo crucis,
respondeant omnes amen,
cantent omnes alleluya,
baptizentur omnes, intrent ecclesias, impleant parietes basilicarum.
Non discernuntur filii Dei a filiis dyaboli nisi caritate.
Qui habent caritatem nati sunt ex Deo,
qui non habent caritatem non sunt ex Deo.
Magnum iudicium, magna discrecio;
quicquid uis habe; hoc solum nisi habeas nichil tibi prodest;
alia si non habeas, hoc habe et implesti legem.

Augustinus ibidem (de laude caritatis) super illud I. Iohannis: In hoc
manifesti sunt filii Dei et filii dyaboli.

Dilectio ergo sola discernit inter filios Dei et filios diaboli.
Signent se omnes signo crucis Christi;
respondeant omnes, Amen;
cantent omnes, Alleluia;
baptizentur omnes, intrent Ecclesias, faciant parietes basilicarum;
non discernuntur filii Dei a filiis diaboli, nisi charitate.
Qui habent charitatem, nati sunt ex Deo;
qui non habent, non sunt nati ex Deo.
Magnum indicium, magna discrecio.
Quidquid vis habe; hoc solum non habeas, nihil tibi prodest;
alia si non habeas, hoc habe, et implesti Legem.

Augustinus Hipponensis, *In epistolam Iohannis ad Parthos tractatus*, 5.7 (PL 35, col.2016).